Incipientes a senioribus et remansit solus et mulier in
medio stans. Erigens autem se ihs dixit ei. Mulier ubi
sunt qui te accusabant nemo te condemnauit? quae
dixit: nemo dne. Dixit autem ihs nec ego te condem
nabo uade et amplius iam noli peccare. Iterum
ergo locutus e̅ eis ihs dicens; Ego sum lux mundi qui
sequitur me non ambulabit in tenebris sed habebit
lucem uitae. Dixerunt ergo ei pharisei; Tu de te ipso
testimoniu̅ phibes testimoniu̅ tuu̅ non e̅ uerum.
Respondit ihs et dixit eis. Et si ego testimoniu̅ phi
beo de me ipso uerum e̅ testimonium meum quia scio
unde ueni et quo uado. Uos autem nescitis unde uenio
aut quo uado. Uos secundum carnem iudicatis ego
non iudico quemquam. Et si iudico ego iudicium meum
uerum e̅. Quia solus non sum sed ego et qui me misit
pater. Et in lege uestra scriptum e̅. quia duorum homi
num testimonium uerum e̅. Ego sum qui testimoniu̅
phibeo de me ipso et testimoniu̅ perhibet de me qui
misit me pater. Dicebant ergo ei. Ubi e̅ pater tuus.
Respondit ihs neque me scitis neque patrem meu̅; si me sci
retis forsitan et patrem meu̅ sciretis. Haec uerba
locutus e̅ in gazophilacio docens in templo et nemo
adprehendit eu̅ quia necdum uenerat hora eius.

VIII DIXIT ERGO ITERUM EIS IHS EGO UADO ET

quaeretis me et in peccato uestro moriemini. quo ego
uado uos non potestis uenire. Dicebant ergo iudaei.
Numquid interficiet semet ipsum quia dicit quo ego
uado uos n potestis uenire. Et dicebat eis. Uos de de
orsum estis ego de supernis sum. Uos de mundo hoc estis
ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo uobis quia mori